



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Candidatus Abbreviatus Jurisprudentiae Sacrae, Hoc Est,  
Juris Canonici, Secundum Gregorii Papae IX. Libros V.  
Decretalium Explanati Summa, Seu Compendium**

**Pichler, Vitus**

**Augustae Vindel., 1733**

Titulus XLV. De Reliquiis & Veneratione Sanctorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63462](#)

niis ab Ecclesia præscriptis collato: per Sacra-  
menta denique Sacramentalia, quæ in confectio-  
ne Sacmentorum adhibentur, maximè oleum  
tam catechumenorum pro Baptismo, quām infir-  
morum pro Extrema Unctione.

Dico. Eucharistia (utī & chrisma, ac olea 2  
sacra) sub fideli custodia aserventur sub clayibus,  
quas habeat Rector Ecclesiæ, & quidem in ta-  
bernaculo mundo sine aliis rebus appositis, ac  
in Ecclesia parochiali, & cum lumine. Com-  
munis ex c. i. h.t. 2. Oratoria, Vasa, Corpora-  
lia, Purificatoria, & Vestimenta sacra conserven-  
tur munda & nitida. 3. Profana autem supel-  
lectilia (extra casum necessitatis) non reponan-  
tur in Ecclesiis. c. 2. eod. Notandum, ne contin-  
gat consecratas species Eucharisticas corrumpi,  
sæpius & ferè singulis septimanis antiquas sumi  
debere, & novas consecrari.

## TITULUS XLV.

### De Reliquiis & Veneratione San- ctorum.

#### SUMMARIUM.

1. Quid sint Reliquiæ & Veneratio, quinam San-  
cti dicantur vel Beati.
2. Quo pacto venerari liceat Sanctos, & Reli-  
quias.

**R**eliquiarum voce denotantur corpora 1  
Sanctorum, vel corporum partes, utī  
osfa, carnes, dentes, capilli, cineres  
*Pars II.* &c.

&c. item Sanctorum vestes, rosaria, aut alia Sanctorum usu vel affectu sacrata, pariter & instrumenta Martyrii, uti cruces, funes &c. quin & sepulchra. *Sancti* autem hic dicuntur non illi qui solum cum opinione sanctitatis, aut etiam miraculorum, ex hac vita decesserunt, sed qui a Ecclesia canonizati vel beatificati, seu in numerum Sanctorum vel Beatorum relati, & sic publicæ venerationi expositi sunt: *Sancti* ab omnibus, & omni cultus Religiosi specie, ac ubique Beati autem cum restrictione ad certum cultum v. g. per imaginem in Ecclesiâ appensam, Breviarii recitationem, celebrationem Missæ, aut solum pro certo loco aut genere personarum &c. co-permittuntur publicè. *Veneratio* denique ex cultus conveniens Sanctis aut Beatis tanquam Deo amicis, & vocatur cultus *dulicæ* (& respectu Virg. MARIAE cultus *hyperdulicæ*) ad distinctionem cultus *latricæ*, qui soli Deo competit, uti Sacrificium &c. Qui cultus *dulicæ*, si exhibeatur nomine Ecclesiæ, tanquam ab ea institutus, vocatur *publicus*, sive in loco publico sive in occulto defatur: *privatus* autem, qui ex privata tantum collentis devotione, v. g. per preces, jejunia &c. licet forte aliis videntibus & publico in loco exhibetur, Hic cultus privatus etiam exhiberi licet potest non-canonicalis, & non-beatificatis a Summo Pontifice, ad quem solum id pertinet: non item publicus. Unde.

**2** Dico. Prohibitum est cultu publico venerari aliquem, qui auctoritate Romanæ Ecclesiæ inter Sanctos aut Beatos non est relatus. 2. Reliquias antiquas ostendere extra capsam, aut veniales exponere.

ponere. 3. Noviter inventas publicæ veneratio-  
ni exponere absque Summi Pontificis approba-  
tione; licet sufficiat approbatio Episcopi in casu,  
quo inveniuntur Reliquiæ cum scriptura vel in-  
strumento publico, aut aliunde constet certò, eas  
esse alicujus sancti antiquitus approbat. Haben-  
tur hæc c. 1. & 2. b. t. Trid. f. 25. in Decreto de  
Invocatione, Veneratione, Reliquiis Sanctorum,  
& sacris Imaginibus: quod utiliter inspicies, uti  
& meum Cursum Theol. Polemica p. 2. controv.  
particul. 2. art. 2.

## TITULUS XLVI.

### De Observatione Fejuniorum.

#### SUMMARIUM.

1. Fejunium & Abstinentia quid.
2. Quinam obligentur ad hanc, & ad illud.
3. Dispensatus ad esum carnium non tenetur ab-  
stinere ab altera refectione in eodem die.
4. Quantum liceat comedere in Collatiuncula Ve-  
spertina.

**F**ejunium in genere est abstinentia à cibis, seu parsimonia victus in quantitate & qualitate. I  
Est duplex: Naturale, quod consistit in abstinentia ab omni prorsus cibo & potu, per modum cibi aut potius sumpto, atque hoc præcipitur ante sumptionem Eucharistiæ. Et Ecclesiasticum, quod ab Ecclesia præscribitur secundum certam formam. Si Ecclesia præcipiat præcisè

Q 2

ab-